



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

8 Vtrum sint cogendi ad fidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

disputare de fide tam publice, quam priuatim, vt patet extra de hereticis in 6. cap. Quicunq. Et tamen saepe videmus doctos laicos in publicis disputationibus respondere, & arguere in multis materis fidei. Ex parte vero audientium, quia continue videmus religiosos disputare in capitulis generalibus coram vulgaribus de multis materis fidei: & hoc in locis, vbi simplices non sunt solliciti ab infidelibus, & tamen in litera dicitur hoc esse periculosum.

¶ Ad euentum huius materis sciendum est, quod diuersas sententiarum in ratione disputationis clausa, potest referri ad ipsum disputationem, & ad personas disputantes. Et quod referatur ad ipsum actum disputandi, est de ratione disputationis, sic quod alter non esset disputatio. Nisi enim propositiones essent contra conclusionem, non esset disputatio. Sed quod referatur ad disputantes personas, hoc non est de ratione omnis disputationis, ut patet in disputatione gratia exercitabili non est diuersa opinio disputantium. Rursus, quia disputare de aliqua re est diuersa proferre argumenta de illa re: illud solum est formaliter disputare de aliqua re, quod in tendit diuersitatem rationum de illa re. Ac per hoc, ille solus dicitur proprie & formaliter disputare de fide, qui intendit asserere contrariam rationem de fide pro, vel contra. Quando vero aliquis asserit rationem aliquam contra fidem, non propterea, sed gratia exercitij, non disputat de fide, nisi materialiter: sicut qui profert verba detractoria, non detrahit nisi materialiter. Ex his autem dicitur in proposito, quod quia verba formaliter intelligenda sunt, & pena non sunt extendenda, quod iura non prohibent disputationem de fide laicis personis, nisi formaliter intellectam. Haec autem contingit, quando vel defendenda fides, vel confundendus error contrarius, vel dubium de fide occurrit. Sic enim disputare de fide illicitum est laicis prohibente iure. Erratio iuris est, quia leges feruntur secundum id, quod est in pluribus. Communiter autem laici non sunt docti in fide, adeo ut sint theologi sufficientes ad hoc. Vide postea licite contra hanc legem disputari a laico docto, quando casus effertur non secundum verba, sed intentionem legis agendum esset: prout in communi de

D.1014.

Iniuriam facit iudicio religiosi sine synodi, si quis semel iudicata, aut recte disposita reuoluerit, & publice disputare contendit: sed omnia, quae ad fidem pertinent, sunt per sacra concilia determinata, ergo grauius peccat, iniuriam synodo faciens, si quis de eis quae sunt fidei, publice disputare praesumat.

¶ 3 Præ. Disputatio argumentis aliquibus agitur: sed argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem. ea autem quae sunt fidei, cum sint certissima, non sunt in dubitationem adducenda. ergo de eis quae sunt fidei, non est publice disputandum.

SED CONTRA est, quod Act. 9. dicitur, quod Saulus in uale sciebat, & confundebar Iudaeos, & quod loquebatur Gætibus, & disputabat cum Graecis.

RESPON. Dicendum, quod in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnū quidem ex parte disputantis: aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. Si enim disputet, tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores, vel et ad exercitium, laudabile est. Ex parte vero audientium considerandum est, utrum illi, qui disputationem audiunt, sint instructi & firmi in fide, aut simplices, & in fide titubantes. Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide: sed circa simplices est distinguendum: quia aut sunt solliciti, siue pullati ab infidelibus puta, Iudæis, vel hæreticis, siue Paganis nitentibus, corrumpere in eis fidem: aut omnino non sunt solliciti super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt infideles. In primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo inueniantur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc enim simpli-

huiusmodi interpretatione legum predictarum solutio primi dabit. Nam huiusmodi laici disputant rarioliter tantum, & gratia exercitij, vel potius honoris, a nullo prelo reprobentur, seruata modeste & arguendi modo in materia fidei.

ces in fide confirmantur, & tollitur infidelibus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorum, resistere debet peccentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Greg. 3 in 2. Pastorium. Sicut incauta locutio in errorem prorahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. In secundo vero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierit ab eo, quod credunt. Et idcirco non expedit eis, vt verba infidelium audiant disputantium contra fidem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apostolus non prohibet totaliter disputationem, sed inordinatam, quae magis sit contentione uerborum, quam firmitate sententiarum.

AD SECUNDUM dicendum, quod lex illa prohibet publicam disputationem de fide, quae procedit ex dubitatione fidei: non autem illam, quae est ad fidei confirmationem.

AD TERTIUM dicendum, quod non debet disputari de his, quae sunt fidei, quasi de eis dubitatio, sed propter veritatem manifestandam, & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus disputare, quandoque quidem defendendo fidem, secundum illud I. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni potestati uos rationem de ea, quae est in nobis ipse, & fidei: quae quoque autem ad conuincendos errantes, secundum illud Tit. 1. Vt sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

ARTICVLVS VIII.

Utrum infideles compellendi sint ad fidem.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod infideles nullo modo compelli sint ad fidem. Dicitur enim Matth. 14. 9. seruū patris familias, in cuius

roribus ad fidem, tum quia in Concilio Tolosano, quadraginta quinta distinctio, cap. de iudæis, committitur principem; uocans eum religiosissimum ad Christianitatem. Approbat ergo eum in hoc, tum quia dicitur quod hæc conuersionem illum est infidelibus posse libere legem illam, quam non posse eam impune seruare ac per hoc cogere

fidē, sic mīn? malū. Tum quia saltem filij eorū, si bene educarētur, in 3. & 4. progredie eēt vere fideles. Ad eūdem autē habetū, quā videtur habere sequatē, sciendū est, qd cum timor mirari rationem volunt, tunc ea, quae ex timore sunt, licet sint simpliciter voluntaria, sunt quodammodo involuntaria, & mīn? vocatē, & sunt: & apud theologos, quae timore semel sunt, abiq; charitate hant: & apud morales dicunt, qd ordinē peccati mali (omnino) pene, conseqs est, vt coactio principum mīn? ad suspensioē fidei, non ad voluntariā omnino, sed fermiter voluntariā terminetur: hoc ad factū collegiū, vt tunc hęc fidei, qd facit per sacramenta fidei, hęc fidei sacramentis. Prima autē sequētia pax ex comū hominū rōne. Rationabile quippe est, & ut in pluribus, qd mīn? & terribis principū coacti sacramenta fidei suscipiēt, feruice utantur: licet aliquis forte de necessitate facere iurū tē, sed in humanis attendēdum est, quod in plur? inueniatur. Religio igitur admeritū cogere fideles in omni rōne ab Ecclesia ad fidē, quia adherant voluntariū requirit ad sacramēta hęc. Ultra hoc, quod adherant ipi facti fidei qui est crederē, de cuius ratione est voluntariū, ut in li. 1. dicitur. Quod sic intellige. Mediū dēt esse coactionē & proportionē sū: sed credere est de genere voluntariū, & coactio per mēta. &c. est vti ad involuntariū. Ergo. Pater Minor, quia id qd metu fit, quārum habet de metu, tām habet de involuntariū, in cuius figurā si nihil metus adēst, nihil involuntariū hic pateret.

¶ Ad primū autē Scōtū dī, qd fīnā synodi duo continēt, illudē principis, & prohibitionē facti, licet ex sciēdo paxē, quod non a pprobat factū, ac p hoc infirmat, qd

agro erāt zizania seminata, quaesierunt ab eo: Vis imus, & colligimus ea? & ipse respondit, Non, ne forte colligētēs zizania, eradicētis simul cum eis triticum. Vbi dicitur Chrysol. Hęc dicit Dominus prohibens occisiones fieri. Necem oportet interficere hæreticos: quia si eos occideritis, necesse est multos sanctorū simul subuerti. ergo videtur quod paratione nec alij infideles sint ad fidem cogendi.

¶ 2. Præ. In Decr. distinctione 45. sic dicit. De Iudeis præcepit, sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. ergo pari ratione nec alij infideles sunt ad fidem cogendi.

¶ 3. Præ. August. dicit, qd cetera potest hō nolens, credere verō nō nisi volens: sed voluntas cogi nō potest. ergo videtur quod infideles non sint ad fidem cogendi.

¶ 4. Præ. Ezech. 18. dicitur ex persona Dei. Nolo mortem peccatoris, &c. sed nos debemus volumtatem nostram conformare diuinā, vt supra dīctum est. ergo etiam nos non debemus velle, quod infideles occidantur.

**S E D C O N T R A** est, quod dicitur Luca 14. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea: sed homines in domum Dei, id est, in sanctam Ecclesiam intrant per fidem: ergo aliqui sunt compellendi ad fidem.

**R E S P O N D.** Dicendum, quod infidelium quidam sunt, qui nūquam susceperunt fidem, sicut Gentiles, & Iudæi: & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est: sunt tamen compellendi a fidelibus, si ad sit facultas, vt fidem non impediant vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiā apertis persecutionibus: Et propter hoc fideles Christi frequenter cōtra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant: quia si et eos vicissent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerent, an credere vellent: sed propter hoc, vt eos compellāt, ne fidem Christi impediant. Alii verō sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici, & quandoque apostata: & tales sunt etiam corporaliter compellendi, vt impliant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod per illam auctoritatem qui dam intellexerunt esse prohibita

**A** nō quidem excommunicationem hæreticorum, sed eorum occisionem, vt patet per auctoritatem Chrysol. in dīctam. Et August. \* ad Vincentium de se dicit. Hęc primitus mea sentētia erat, neminē ad vnitatem Christi esse cogēdū, verbo esse agendū, disputatione pugnādum. Sed hęc opinio mea non contradicentium verbis, sed demōstrantium superatur exemplis. Legum enim terror ita profuit, ut multi dicant: Gratiā Domino, qui vincula nostra dirupit. Quod ergo Dominus dicit: Sinite vtrāq; crescere vsque ad messē, qualiter intelligendum sit, apparet ex hoc, quod subiūdit. Ne forte colligētēs zizania, eradicētis simul cum eis & triticum. Vbi factis ostendit, sicut August. \* dicit cōtra epistolam Parmeniani, Cū metus iste non subest, id est, quando ita cuiusque crimen notū est omnibus, & execrabile apparet, vt nullos profūros, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplina.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod Iudæi, si nullo modo acciperent fidem, nullo modo sunt cogendi ad fidem. Si autem acciperent fidem, oportet ut fidem necessitate cogantur retinere, sicut eodem capitulo \* dicitur.

**A D T E R T I U M** dicendum, quod sicut vouere est voluntatis, reddere autem necessitatis: ita accipere fidem est voluntatis, sed tenere eam acceptam est necessitatis. Et ideo hæretici sunt compellendi, vt fidem teneant. Dicit enim August. \* ad Bonifacium Comitē. Vbi est quod isti clamare consueverunt, liberum esse credere, vel non credere: cui vī Christus intulit, agnoscant in Paulo prius \* cognoscentem, & Christi postea docentem.

**A D Q U A R T U M** dicendum, quod sicut in eadē epistola \* August. dicit. Nullus nostrum vult aliquem hæreticum perire: Sed aliter non meruit habere pacem domus David, nisi Absalon filius eius in bello, quod cōtra patrem gerebat, fuisset extinctus: sic Ecclesia catholica si ex aliquorum perditione ceteros colligit, dolorem materni sanāt cordis, tantorum liberatione populorum.

ARTICVLVS IX.

Vtrū cū infidelibus possit communicari.

**A D P R I M U M** sic proceditur. Videtur, qd cum infidelibus possit cōmunicari. Dicit n. Apo-

laudatur princeps de intentione. multa enim mala, intentione bona sunt.

¶ Ad secundum uero dicitur, quod maius malū uidetur infideliter viuere occulte post susceptā fidei sacramēta, qd libere infideliter viuere: quia euatur contumelia sacramentorum. Et nihilominus ad hoc, & tertis unica respōsione dicitur, qd nō sunt faciēda mala, vt ueniant bona, ut dicit Ro. 3. & multominus ut ueniat minus malū. Vnde non est tanta inferenda contumelia sacramētis, ut filii in 3. & 4. progredie saluentur, quāuis de facto timendū esset pbabiliter de opposito: quia patres facti in fide, similes sibi filios nutritē: natura le siquidem hoc est.

¶ In eodem art. 8. cōsidera diligenter causam iustā belli cōtra infideles, & compulsionis eorū, ne. i. fidē Iesu Christi impediant aliquo trū modo, uel blasphemis, dicēdo mala de Christo Iesu, aut sanctis eius, aut Ecclesia eius: uel per uasionibus, inducēdo nostros ad infidelitatem: uel per secessionibus, sicut in communi, ut quod die uidemus Turcas inuadere Christiani, nominis gentes: uel in particulari, si Christianos, aut prædicatores fidei occidant. Et fabrica super illam, quoniam ad impedimēta fidei spectat, quod non sufferunt in terris suis prædicationem publicam fidei, quod premiant abnegantes Christum, & accēdēt ad eorum fidē, & alia huiusmodi. Ex hac quippe radice multæ quæstiones soluantur.

¶ Super Quæstionis decima Articulum nonum.

**I**n art. 9. eiusdem quæst. aduerte distinctionem de iudicio spiritali, uel temporali circa infideles. Et scito, quod non est sermo de spiritali, uel temporali quo ad culpam, sed quo ad penam. Nam pro culpis spiritalibus puniri possunt,

vt

Ep. 48. post medium f. fundi. folij a principio epi. tom. 3.

li. 3. cap. aliquantulum a medio. to. 7

Cap. citate in arg.

Epist. 50. n. 6 multum ante medium. tom. 2.

\* cogentem

Epist. 50. a medio aliquantulum. tom. 2.

4. dist. 9. q. 4. art. 3. cor. Et dist. 9. q. 2. art. 1. q. 1. Et quod. 10. art. 15. Et 1. Corin. 5.